Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2133
Quelle:
Copyright:

ſeiner auserwelten mueter. Vnnd die fürchömen hat mit ſeinen genaden an (ſine) *all ſünd. Vnd hat ſey veraint dem leichnam an alles mail der angeporen ſünd.* Dabo etiam Hymnum *Completorii* e *fol.* 223. p. 2. *Dich vor dem enndt des liechts ſchöpher aller ding pitten wier das du mit der gewönlichen mildigkait ſeiſt vnſer biſchof zu der huet. Herr von vns weichen die trawm vnd der nacht all geſpenſt vnd vnſer veint vnterdruckh das die leichnam icht gemailigt werden. Got dem vater ſey glori vnd auch ſeinen ainigen ſun mit dem heiling geiſt troſter vnd nu vnd ymmer ewigkleich. Amen.*

DCCCLXXXIX.

R. 2157 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 72. f. max. charactere praegrandi, craſſo exaratus, coloribus illuſtratus, et quibusdam elegantibus Initiorum picturis ornatus *Pſalmodiam Horarum* canonicarum a *Prima* ad *Veſperas* complectitur, cui accedunt *Cantica* et *Hymni* iis Horis reſpondentes, praefixo ubique Schemate notis muſicis expreſſo. Cui Eccleſiae deſervierit, non exprimitur; adpictus tamen *pag. 1.* viſitur ſanctus quidam Epiſcopus, et alter, quem, quod Agnum libro inſidentem defert, *Johannem* Ap. et Evang. interpretor. Interim Literae Initiorum proxime ad eas accedunt, quibus Alumnus Carthuſiae *Brunnenſis* in ſua, quam dedi, *Chori Pſalmodia* a. MDV. uſus eſt. In anteriore Theca ſupereſt primum *Calendarii* Quadrimeſtre, e quo tamen nihil eruas.

DCCCXC.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 161. 4. luculente et eleganter exaratus, coloribusque illuſtratus *Capitulare* et *Orationarium* eſt Officio Chori de Tempore et de Sanctis per annum deſerviens, cujus Προλεγομενα recenſenda ſunt. Initium a *Calendario*, e cujus *Januario* mox Codicis Autorem adgnoſcas; ad diem enim 27. anno 1583. notatum eſt: *Anniuerſarius Omnium progenitorum, propinquorum, notorum, Benefactorum, fidelium: Sereniſſime ac Illuſtriſſime Domine Domine Eliſabethę, bis Regine: feria ſecunda proxima poſt Dominicam Circumdederunt; in Septuageſima.* Ad 10. *Junii* legitur *Anniuerſarius domini Hainrici Junioris De lipa;* nam Senior Vir potens et *Moraviae* Promarchio adtributis Coenobio *Brunn.* ab *Eliſabetha* fundato Bonis ſepulturam ſibi ſuisque ibi delegerat a. 1329. defunctus. Ejusd. 21. ut jam in alio Opere Pſalmodico retuli, *Obiit Inclitus Wenceslaus rex boh.* cui a manu, quae *Januarium* notaverat, additum: *Anniuerſarius Principum Dominorum: Venceſlai ac Rudolffi Boh. et Polo. Regum: et Domine Eliſabethe Contboralium.* Ad 3. *Julii: Obiit generoſus rudolfus rex bohemie.* Ad 28. *Auguſti: Anniuerſarius duciſſę;* ſed cujus? Ad 19. *Octobris: Anno Domini M°* R. 2183